

Isti sunt census de Soride et de Wise.

In Wise habemus X mansus de quibus unusquisque mansus in medio Maio soluit XII denarios.

Item in Sorde habemus XV mansus de quibus quilibet mansus in medio Maio similiter soluit XII denarios.

Summa huius XXV solidi.

Item in assumptione beate virginis hiidem mansus de Sorde et de Wise; mansus qui in medio Maio soluebat XII denarios modo dat XVIII denarios.

Summa huius de Wise XV solidi et de Sorde (die Zahl ausradiert, darüber mit hellerer Tinte geschrieben: II marce minus XVIII denariis).

Item Remigii quilibet mansus dat III solidos minus III obolis. De Wise et de Sorde. (Die beiden Namen auf Rasur.) Summa de Wise XXIX solidi minus III denariis. Summa de Soride IIII marce minus XXII denariis et obolo.

Item in festo Andree predicti mansus soluunt per ordinem III marcas et XVIII denarios (die Denare auf Rasur) sicut in assumptione beate virginis.

Summa per totum de mansibus XV marce.

Item locus molendini soluit nobis VI denarios.

Item aduocatus de agris qui dicuntur Overlende Martini dat VIII solidos et V maldra tritici et dimidium sumbrini¹.

Item Martini monachi de Monte dant VI sumbrinos¹ sili-ginis. Item etiam dant boimestere² duo maldra ordeï et duo maldra auene de agro iuxta uiam de Bisdorp. De hiis dabit (!) in pistrinam III sot.

4) Fol. 3^a und 3^b enthalten in einer sehr gezierten Schrift aus der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts einen Eintrag, betreffend die Schenkung, welche der Dekan Isfrid (1188) dem Stifte machte.

Isfridus bone recordationis decanus pie sibi providere studens pro remedio anime sue contulit huic ecclesie aream cum edificiis suis, illi domui et aree contiguam que habet sculptam portam, ecclesie sancte Notburgis oppositam, quam ipse a fratruele suo Friderico et eius heredibus de suo comparauit, soluentem singulis annis XL solidos quos ipse uiuens sic dicemur³ distribuit et post decessum suum ita fieri statuit. In die defunctionis sue anniuersario fratribus V solidos et ad propinationem XII denarios, domesticis VI denarios, ordini III denarios, pueris ferentibus candelabrum et thuribulum I denarium, custodi II denarios pro IIII candelis circa sepulchrum ponendis. Inter vigiliis XL pauperibus unicuique

1) Hs. 'sumb'. 2) Vgl. Lamprecht, Deutsches Wirthschaftsleben I, 2 S. 910—911 Anm. 11 und S. 772, 906. Die Endung des Wortes ist undeutlich geschrieben. 3) 'sicut dicemus'? W.